

8. 14.  
MAGISTERII  
SIXTO BERTHAMI  
NUMBURGO - MIS-  
NICO,

*die 14. Februarij*

ANNO 1631.

JENÆ  
collati

VOTIVA

celebratio,

*expressa*

TYPIS WEIDNERIANIS.

*d. 3. Martii*

ANNO 1631.

Quem debetis coeque favoris  
Mularum Carminumque Candidas  
Hunc hauriam lubens tibi favore  
Debita reor: novis Magistra  
Quem maculari non quibus mentem  
Spectans sophici quibus ymaginibus  
Cuius, ne dubites, non favoris  
Tales alio nobis vultu  
Quis de nomine quibus Magistra  
Baptista vultu deus, non vultu  
Et clemens in carmine perire  
Dignetur, superaddat deus  
Mentis munera & ampliora  
Quo divinus hunc hauriat  
Cuius estleat ubi hauriat  
Nec deus, Patrum deus  
Doctus, hauriat deus  
Cuius celestis deus  
Acto conuincam benignitatem

excessu Joh. Mag. B.

ITIS WIDERRIANTIS  
Hic inuoluit, si x. e. conuincam  
si x. e. deus sophici hauriat deus  
os, sapientiam inuoluit, hauriat deus  
Cuius, hoc animo hauriat, os, hauriat  
ne in coram vultu hauriat  
Hic hauriat, hauriat hauriat hauriat  
hauriat hauriat hauriat

Joh. Gerhard B.

Thom magis BERTRAM hauriat hauriat  
Quis hauriat hauriat hauriat





**S**I quem debeo cœteris favorem  
Musarum Charitumque Candidatis,  
Hunc Bertrame lubens tibi favorem  
Deberi fateor: novis Magistri  
Quem maectavit honoribus merentem,  
Spectatus Sophici ordinis Senatus,  
Cujus, ne dubites, mei favoris  
Testes sisto tibi breves Phaleucos,  
Queis de nomine gratulor Magistri;  
Et supplex veneror Deum triumum,  
Ut clemens tua cœpta prosperare  
Dignetur, superaddat & subinde  
Mentis munera & ampliora sortis;  
Quo divinus honos feraciore  
Cultu crescat ubique nationum.  
Nec desit, Pater unde Vir probatæ  
Doctrinæ, fideique Vir vetustæ  
Lætatus celebret Dei perenni  
Aevo continuam benignitatem.

*Job. Major D.*

---

**Q**uos titulos tibi, *SIXTE* boni patris optima proles,  
*SIXTE* decus Sophies, Eusebiesq; decus.  
Quos, inquam, titulos, nuper tibi nostra Salana  
Contulit, hos animo gratulor, ore, manu.  
Mente p̄i cernis vestigia clara parentis,  
Hæc sequere, & magnus jure *MAGISTER* eris.  
honoris & amoris ergo f.

*Job. Gerbard D.*

---

**N**Um meritò *BERTRAME* tuo non grater Honori,  
Quem pietas, virtus, promeruerunt tua,

A 2

Quem

Quemque Tibi tribuit digno Jenensis Apollo !  
Gratulor , atque animo prospera quæque precor .

*Job. Himmel D.*

---

**N**il gradui ulterius voveo , Bertrame Magister,  
Quam Tibi , quamq; tuis , simul is charoq; Parenti  
Cedat in insignem veræ virtutis amore  
Quem semper , pergas , es consecutus , honorem.

*D. D. Arumæus,*

---

**A**ffectata nimis , quin sesquipedalia verba  
Effingunt multi ; mellea dicta sonant.  
Ampullas fundunt Fidei ; candoris , amoris  
Lata replent facili mox Macrocola manu.  
Verbula sunt ; vacuæ fido sine pectore chartæ :  
Os mel dulce sapit , cor fera fella fovet.  
Omnibus infensum est Genus hoc , Hominiquè Deoque  
Funestum , èquè Tribu , Turba dolosa , LEVI.  
Haut ita Ego jocor , ô BERTRAME ! en dextra fidesquè ;  
Non vaga Philtra fero , sed mera Thura lito.  
Quod cor sentit , idem Os loquitur , manus æqua figurat ;  
Sic benè concordat Mens proba , Lingua , Manus.  
Hæc antiqua Fides veterum est , hic insitas Ardor  
Saxonicus , quem Tu , Saxo politus , amas.  
Hinc Mens , Lingua , Manus summo gratantur Honori ,  
Quem confert meritis lux hodierna tuis.  
Pulchra Tiara caput doctum tegit Annulus auro  
Splendescens , vigiles condecorat digitos.  
Extima præclarum dictant hæc Signa Triumphum ,  
Intima dant Studiis lucidiora tuis.  
Tu namque à tenero Musis benè deditus ævo ,  
Volvisti varios nocte diequè libros.  
Ingenium Natura dedit vegetum , Doctrina per Artes.  
Ingenuas sano in corpore sana viget.  
Perge modò , Aonidum constanti culmina nisu  
Perlustra , patrias disce subire vices.

Cumquè

Cumquè Sacerdotem, veris virtutibus auctum,  
Apprimè Mundi scire profana decet,  
Tu quoquè Theïosophos sacris misceto profana;  
Sic Sacrata magis BIBLIA lumen habent.  
Barbaries iterum plenis caput exerit alis,  
Undiquè perdoctos Mors rapit atra viros.  
Triste LUPUS CHRISTI damnum meditatur ovili,  
Fulminat, & tumidas spirat ab ore minas.  
Ædes depopulat patrias, sacra Tempia profanat;  
Exilio, Ense, Rogo, Martequè cuncta necat.  
Appropera hùc pede non trepidante, fuga citò technas  
BESTIOLÆ: vires magnus IOVA dabit.  
Quod TIBI nunc, id utriquè meo, SIXTO atque RUDOL-  
Comprecor: exaudi Vota profusa DEUS. (PHO

*Ille Tuus qui Te toto veneratur amatq;  
Pectore, cui constans Mens proba, Lingua, Manus.*

*Petrus Krauß M. U. D. Phys  
sicus Reipubl. Naumburg.  
Baptismi tui susceptor &  
Censobrinus.*

---

**D**um Te Philosophâ Lauru Salana coronat  
Fili, devotâ mente vocabo DEUM.  
Ut Tibi sit laudi, vitii sit nescia Laurus,  
Ut profit mundo, perplaceatq; DEO.  
Hactenus in scriptis sudasti Philosophorum.  
Perge: Sed & verum discere perge DEUM.  
Dilige Philosophos; Super omnia dilige CHRISTUM:  
Et Te perpetuum diliget ipse Deus.

*Ex affectu paterno devotus fun-  
debat Filio suo*

*M. Caspar Bertram Pastor  
Numburgensium.*

---

**M**IBERTRAM! meritò cuncti gratantur, honori,  
cum votis mittunt carmina jure, tuo.

Teter tres Nymphæ potarunt nectare dulci,  
atque probè studiis excoluere suis.

Nectere sarta novem non erubuere sorores,  
Sicque Magisterii jura referre tibi.

Macte hâc Philosophâ lauru: Bona fata virere  
hanc laurum facient fronde subinde nova.

*amici affectus & gratulationis  
ergò appos.*

M. Hieronymus Prætorius Ham-  
burg. Phil. Præct. P. P.

I.

**Q**ui bene distinguit, solvit bene: Regula trita  
in libris Logicis invenienda datur.

Jam bene, mi Bertram, discis distinguere; solves  
ergò Sophistarum res, Apinasquè bene.

Qui bene distinguit docet is bene: Regula trita  
in libris Logicis invenienda datur.

Jam bene, mi Bertram, discis distinguere; divino  
ergò, docere alios te bene posse brevi.

II.

**N**omine SEXTUS ades, QUINTUS sed in ordine: SIXTE  
BERTRAM: pars mensæ quondam adamatæ meæ.

Grator ego ipse tibi SEXTI de nomine: grator  
Ordine de QUINTI, nomen & ordo placent.

Ceu nomen SEXTI placuit, mi SIXTE, parenti:  
Sic QUINTI præstans ordo placebit ei.

Te SEXTUM, QUINTUMq; peto: Patrem ipse saluta,  
quem Natura Tibi, quem mihi Cura dedit.

Te SEXTUM, QUINTUMq; adamo; me, SIXTE, vicissim  
& me QUINTE adama. nil cupio ulterius.

QUI Nq; meos versus tibi; SIXTE & QUINTE; serenâ,  
vel SEX transmissos suscipe fronte, precor.

hisce periculum Disputatorium & Magisteriale præ-  
mium l. mque grator

M. Adrianus Vener Glauchâ Osterlandus Eccles. Jen. Diacon.  
& Fac. Phil. Adjunctus. Si.

**S**ixte, novis titulis & honoribus aucte, Magister,  
Vive annos Pylios, Nestoris atque dies.  
Vive, vire, fronde, sortisque faventis in ulnis,  
Jova det, optatâ commoditate frui.  
Aureus en digitis micat annulus, atque Capillos  
Undantes Sophiæ mitra decora tegit.  
Hoc tua promeruit pietas, labor indefessus,  
Ingenium solers, sedulitasque, bonum.  
Hoc patris edulcat Magni, pie Sixte, labores,  
Fratribus atque tuis instar erit Stimuli.  
Ipse ego nunc moriar, tibi ni labentibus astris,  
Majores titulos Fata parare velint.  
Hoc voveo, hoc opto, mea mens hoc dictitat imo,  
Pectoris è gremio. Desino, Sixte vale.

Silvestro Stebens.

---

**V**T Dux militie tribuit pulcherrima signa  
Experto belli, digna labore suo:  
Sic Bertrame tibi, quarum tu castra secutus  
Præmia dant Musæ, digna labore tuo.  
Ergo Magistrales meritò tibi grator honores  
Quos animi dotes promeruere tui.

Amoris & benevolentiae attestandæ e.

Hæc apposuit

M. Henricus Sanneman Halberst.  
Facult. Phil. Adjunct.

---

**D**um, Bertrame, legis vestigia clara Parentis,  
Das calcar fratri, læta parasque Patri.  
Læta paras Patri, cui jam virtutis, honoris  
In Sixto gnato surgit opima seges.  
Das calcar fratri cuncto, qui jam acrior ex hoc  
Incumbet studiis nocte dieque bonis,  
Nomine tam pulcro quo tandem & gaudeat ille;  
(Quod fiet, si aderit cum pietate labor.)

Quale



Quale, inquis, nomen? nempè immortale Magistri,  
Quod meritò confert alma Salana Tibi.  
Magna Tua est pietas, doctrinam pectore gestas  
Insignem, fratres hæc imitanda putent.  
Perge, ad summa boni fastigia tende Magister,  
Da calcar fratri, gaudia mille Patri.

M. Adamus Rupertus Sch. Senat.

Numb. ConR.

Was hoch ist wird gelobe / was hoch ist wird erwehlet;  
Das was zur Hoheit fñhrt / wird billich hoch geliebet  
Vnd vor das hohe Buch der Sterbenden geachtet.  
Die Wissenschaft die ist: Jeder begehrt vermählet  
Mit dieser stets zu seyn / dies ist die Hoheit giebet:  
Mit dieser wird Gott selbst das höchste Buch betrachtet.  
Dis Buch / Herr Bertram / hat  
Mit hohen Ruhm erlanget;  
Drumb er nach Phœbus Rahe  
Als ein Magister pranget.

M. Johan. Reinboth.

Sic est, Doctrina comes est laus, gloria, splendor,  
Insequiturq; levis corpus ut umbra suum.  
Et meritò; cum nec laurus nec iusta negentur  
Munera militibus post grave Martis opus.  
Grataq; ruricolis non desint præmia, laudem  
sordidus atq; suâ sutor ab arte ferat.  
Hinc quoq; jam Bertrame, capis quæ pendere Phœbus  
Dona jubet, studiis præmia aigna tuis.  
Atq; Magistrali diademate tempora, circum  
Cingeris, unde tibi gloria magna venit.  
Gratulor inde, tuisq; precor felicia cæptis  
Omnia & ut secum munera mille ferant,

In.

*Insuper ac alâ te præpete fama sequatur  
Conservetq; ævum nomen in omne tuum.*

*suo consalino prolixior adfectus*

**Henrici Kerkeri Frisi adposuit.**

---

**E**st aliquid dulces patriæ defendere fines,  
Inde suis veniunt præmia digna modis:  
Et cur non? cum tot perpeffus vulnera miles,  
Quot pisces amnis, continet orbis opes  
Dogmate pro vero verum, pugnare Sophorum  
Hoc virtutis opus, hocque laboris onus.  
Hoc quia tu Bertrame facis perculite Magister  
Ecquis jure tibi præmia digna neget?  
Præmia digna negat nemo: Ergo fruaris iisdem.  
Hinc tibi laus veniet, gloria magna tuis.

*gratulor*

Joachim Döringk Brandeb.

---

### Pindarische Ode.

*Στεγφν.*

**L**eyer / las die Seiten klingen /  
Siehstu nicht? dein guter Freund  
Phebus heute heller scheine /  
Musu gleich was heiser singen /  
Nicht wie der / der alles fülle /  
Wenn er / da die Saale quille /  
Seiner Flöten Thon lest schallen /  
Lasse ich mir doch gefallen  
Wenn Du machst was schlechtes auff /  
Weil was / wenn ich mich bemühen  
Wolte recht dich zubeziehen /  
Mir verbeüt den Seiten-kauß.

B

Αὐτίς ποφθ.

Eyer / kanst du? hilff vermehren  
(Weil es ihm nicht blind - gelücht  
Sondern sich von Rechte so schickt  
Das er greiffe zu neuen Ehren)  
Seinen wolverdienten Lohn /  
Vnd der waren Tugend Kron  
Die Herr Bertram auffgesehet:  
Weil er sich hat siets geleset  
Mit der tieffen Wissenschaft /  
Was er nach der Ruh erfahren /  
Die er hat von Kindes Jahren  
Auffgewand / die Ehrenkrafft.

Εὐωδός.

Nun / Eyer / wünschste ihm / zu diesem neuen Stück /  
Weil auch allzumahl  
Von der Götterzahl  
Dergleichen so thun / viel Gelücke;  
Auch das er fahre fort / vnd gehe weiter an /  
Wie geschehen /  
Gern wil sehen  
Sein Vater / mein Patron / der werthe Man.

Caspar Zeidler von Pauken.

---

Cunctas honos artes alit:

Laudata crescit omnibus

Virtus. Tuum iam comprobata

BERTRAME factum, dum capis

Letus laborum premium,

Primum gradum, tum maximum.

Artis Sophiae: Qui gradus

Tibi decus; Tuis honos;

Calcar

*Calcar tibi virtutis, ut  
Viam teras industriè  
Inceptam Apollinis: Precor!*

*Ex animo ita gratulor commensali &  
amico meo*

*Johann-Gabriel Wurffbein Nurn-  
bergâ Fr. Legum Cultor.*

---

**I**mpiger ut miles referens ex hoste triumphum,  
A Duce magnanimo præmia digna capit.  
Sic etiam quisquis doctæ gerit arma MINERVÆ  
Militiæ captat, digna brabeja suæ.  
Exemplo res ipsa tuo BERTRAME patescit,  
Artes qui vigili sedulitate colis.  
Nam SALANA tibi virtutis præmia confert,  
Atque Magistrali cingit honore caput.  
Ergo tibi totis adplaudo, SIXTE, medullis,  
Hisque tuis cœptis Fata benigna precor.  
Perge modò, cœptis insta, quod magnus Apollo  
Quodque tibi Pallas, perface, monstrat, iter.  
Sic reverenda tui gestabis pectora Patris,  
Et Patriæ dulcis dulce levamen eris.

*amoris & honoris ergo*

*Consobriño, Sympatriotæ & Commensali  
suo animitus dilecto com-  
posuit*

*Johan Sixtus Krauß Naumburg.*

---

**V**T socius thalami sociæ Splendoris, Honoris  
Associet proprio sumtum de nomine nomen,  
Non socio sociæ Excelsi Fulgoris, odoris  
Appropriet, stabilis Natura sanctio poscit.  
At hæc cur hodie cedunt BERTRAME polite,  
Flos Juvenum, Ros Pieridum, Tua cur SOPHIA uxor,  
Quam tibi dum lepidos ejus dem es mente recessus  
Miratus, claroq; sagacis acumine mentis

B 2

Ri-

*Rimatus* (tales hoc more petantur aetiores)  
*Associasti* Philosophi de semine natam,  
*Appropriasti* Philologæ de sanguine natam,  
*Hæc tibi cur hodie aptati* Splendoris, Honoris  
*Optat* nomen & *optati* Fulgoris, odoris  
*Aptat*, ut *Humanus* longè clarusvè **MAGISTER**  
*Dicaris?* *benè sit Natura* hic *sanctio cessat*,  
*Utque* *Marita* tibi est, retinet sic *jura Maritæ*.  
*Gratulor* hunc *titulum*, tanto de nomine grator,  
*Sit prosper* *titulus*, *faustum* sit nomen *Honoris*  
*Hoc tibi* sit *felix æterni nominis omen*.  
*Plura tibi* si *vis* *Splendoris* nomina *jungi*,  
*Junge* tibi **SOPHIAS** *plures* *Splendore* *valentes*  
*Unam* *Theologæ*, *volo quam*, *dicamne*, *secundam?*  
*An!* *dicam*: *Quæcunque* *placet*, *quæcunque* *placebit*.  
*Non ideo castum* *præceptis* *Discordia* *lectum*  
*Asperet*, *Unanimem* *tres* *has* *traducere* *vitam*  
*Conjunctas* *uni* **SOPHIAS** & *pectore* & *ore*  
*Si modo* *quæque* *sui* *præscriptos* *detinet* *esse*  
*Cancellos*, *cui* *vis* *nostrum* *lux* *candida* *lucet*,  
*Sic* *tria*, *trinarum* *portabis* *nomina* *laudum*,  
*Utq;* *hodie* *merito* *vocitat* *Sociata* *Marita*  
*Te* *Prima* *Humanum* *longè* *clarum* *ve* **MAGISTRUM**:  
*Altera* *sic* *Reverendum* *Excellentem* *que* **LUTHERUM**,  
*Tertia* *sic* *Venerandum* *lætantem* *que* **PARENTEM**  
*Te* **BERTRAME** *Gravis* *concordi* *corde* *vocabunt*,  
*Quod* *voveo*; *faveas* *quæso* **DEUS ALME** *voventi*.

Dn. Consobrino, Conterraneo & Commensali  
suo faciebat.

Rudolph · Wilhelmus Krauß/  
Numburg.

---

**N**on vinum, ut vinum, appetitur sed tale bonumquè:  
Sic vita, ut vita, est nihili, nisi sit benè cœpta.  
Nimirum placet hocce tibi, Bertrame **MAGISTER**,

Dum.

Dum non ignavum captata per otia tempus  
Ducis, delicias tantum sectatus inanes,  
Sed potius rectum vivendi carpere callem,  
Te juvat, assiduè & studiis incumbere honestis,  
Hinc etiam tanto fers præmia digna labore,  
Præmia, quæ soli dantur virtutis amanti,  
Ob Sophiam insignes nunc te comitantur honores:  
Gratulor idcirco meritò tibi totus, & oro,  
Ut fauste usurpes titulum isthunc tempus in omne,  
Atquè premas tandem cari vestigia Patris.

*Commensalis & amico suo f.*

Johannes Henricus Lemblerus,  
Dornburgensis.

---

**S**pes facis, (ô) magnas, cum sis, BERTRAME, Magister,  
Res facito magnas, cum sis, BERTRAME, Magister.  
Joh. Scheil.

---

תפתח יהוה את כל שערי רצון  
תשלח לרעי את שלום ואת ששון:  
תרבה אלהים את מוסר ואת חכמה  
תוסיף לדעה את דעה וכל שובה:

Ita ex animo precor,

Gottfried Werner Isleb.

---

**H**em festam lucem! BERTRAMUM findonis' aura  
Afflat, & eximium JENÆ facit esse Magistrum.  
Quid dabo? vota dabo, sis faustus ubique Magister.  
Michael Faber.

---

**S**IXTE Magisterii titulos de pectore grator,  
Cedat ô in laudes hoc decus omne DEI.

Joh. Harnisch.

B 3

Præ

PRæmia sic tandem nanciscitur optima virtus,  
SIXTE Magisterio mactaris, faustiter, opto,

Barthol. Theil.

Πανδημὲ ὅτι χρωταί  
λόγωφι; θυμοειδείς

γίγνονται ἰχυροῖσι,

καὶ μὴ τανύπτεργι νῦν

Γεννώσιν ἀδενῆ καὶ

νωθρὴν περισεραίν, τῶν

Αἰεῶσι θνητοὶ εὐθύς,

Ἄετοί, ἀληθῆς ἔστι

Περὶ σείο, ἠδὲ φαίνει.

γονεὺς σέθεν γδ' ἔχων

Ἐπαινον ὡς μάλισα,

Ἰχὺς καλεῖται, ἠγῶν

Ὅς σοῖς ἄερα μήλοισ

ξίφθ θεοῖο, τῶτο

λόγος πόλοιο ἠδύς,

Ἰπ' ὠπα συγκιλυνδεῖ:

Ἄσεβῆ βίοντε τύπτει,

Ἄυξησις ὄφρα καλῶν

Ἐν ἀγλαῶφι βηλῶ

ἔοι ἄδην ὑπάρχει

Ἄετὸς ταχύπτεργς· μὴ

γδ' ὦ ἅπαντες εἰσιν

Ἰποχείριοι ἐκείθεν,

Ἰπήκοος. καὶ ἔτος

πῶς μὴ θέλοι ἐχέσκειν

ὄνομα ἴον ὅτ' ἰ' αἰσήμεος

τελέθει. ἐκεῖνος ἠδὲ

Πολλὰ φρογῶν ὀλοισι

Κηρύσσεται τόποισι.  
Πλήν κοινονομένην καὶ  
Ἄρετήν σέχειν πατρός σου,  
Ἄδηλον ἔχ' ὑπάρχει.  
Πάλλει γδ' ἐκτός ἤδη  
Τεοῖο, τὸ Φρα κῦδος  
Μεγαλοπρεπὲς διδάσκει  
Ἄλλ' ἐν συνηδομαί σοί,  
Βερτρᾶμε, τὸ σοφοῖο  
βαθμὸν μαγίστερον ἐκτός  
θυμοῖο φιλτέροιο  
Μεταξὺ θυμοειδῆς  
Καὶ εὐπαρφέ' ἔσω  
Ἄετις πρὸς ἄστρα λαμπρᾶ  
Μετὰ πτεροῖσιν ἀβροῖς  
Ἐλκόμενος, γέν' ἔσθ' ὄν  
Μὴ μᾶλλον ὄφρα δόξαι  
Ἐχοι ἔπαινον ἠδὲ  
Μέγιστον, ἀλλ' ὁμοίως  
Ὄνομα ἔχει ἐξάλειπτων,

Fundebat

*Georgius Philippus Fischerus.*

---

**Q**uas colis **BERTRAME** laboris addunt.

Præmia, & nunc luxuriante plectro

Præsidis, fundunt pia gutturillo

Carmina Musæ.

Nunc novostollit Neopyrga plausus.

Nam penes *Salam* supereminere.

Aspicit (sic fata volunt) novati

Culmina Pindi:

Et jubet junctâ prece **TE MAGISTRUM**

Esse



Esse Præclari Specimen PARENTIS,  
His meas jungo. DEUS addevotis,  
Comprecor auram.

Dn. Conterraneo & fautori

*ευχαριστω*

Christoph Ständer.

---

**E**S komme vnd komme auch recht / was massen ei-  
ner see e  
So wird ihm auch die Frucht. Aus guten Saamen  
gehet

Auch gute Frucht; Vnd was von Art vorhin nicht gut /  
Bringt nimmer gute Frucht. Wol dem der auch so thut /  
Wie O Herr Bertram Ihr / hie seynd die schönen Gaben /  
Die sollet Ihr / wie recht / von Pallas wegen haben /  
Solch Erndten lob' ich ja / vnd diß ist ewer Lohn /  
Das macht die Saat war gut / ersteigt nur Phæbus Thron  
Hinfürter vollents gar / das Ihr auff Pindus spizen  
Wo andre Helden mehr / zum Hauffen komme zu sitzen.  
Vieleicht Eusebie noch etwas hat in Sinn / (hin.  
Vnd dieses ist mein Wunsch / lauffe fort so komme Ihr

Fusa à

Samuel Ditschtern Altran-  
studio. Misn.

---

**S**uavis & Aonidum studiis BERTRAME polite,  
Magni cui virtus emula Patris inest.  
STARGARDJÆ Pomeranorum tibi Musa ferendos  
Sapè graves æstus, frigora sapè dedit.  
Et tamen attestor, nullis mollescere visos  
Illecebris sensus, delitiis ve tuos:  
Aonii tanto studio sed fontis amasse  
Numina, vix ut adhuc ulla relicta quies.

Hoc

Hoc jam JENA tibi compensat divite cornu;  
Plurima dum Sophia premia distribuit.  
Nam tua puniceâ mox cingit tempora MITRA,  
Mox AURI meritas ornat honore manus.  
Mox viridi mandat LAURO redimire capillos,  
atq; sequi pompâ versicolore FACES.  
Hæc sunt, quæ vincunt magnorum munera Regum,  
Et quicquid lato nascitur Oceano.  
Hæc sunt, quæ referunt decus immortale Magistri,  
Speratum multo, SIXTE, labore tuo.  
Ergò latisonis, nimis ó BERTRAME beate,  
His verbis linguam solve, resolve tuam:  
Aonidum causa non pœnitet aeris æstus,  
Nec toties mistos imbre tulisse Notos.

ΦιλοΦιλίας ἔνεκα  
faciebat

Jobannes Grontzius, Gryphic.  
Waldiâ-Pomeranus.

---

VENITE jam suaves  
Suaves venite Musæ,  
Adeste gratulantes  
Gratantibus Camœnis,  
Adeste gratulantes  
Sonantibus Camænis.  
Adferte gratulantes  
Sonos per arva læta.  
Adferte gratulantes

C

To-

Tonos per arva læta

*Bertramus* ille doctus  
Juvenis, decus Parentis  
Qui gnaviter laborem,  
Industriam ac amorem  
In arte liberali

Habens, die atque nocte  
Curam gerebat ipse  
Ut posset hoc in orbe  
Florere. Pro labore,

*Bertrame*, jam decore

Decoris ac honore

Mitram geris Magistri,

Librum tenes Magistri,

Et annulum Magistri,

Nomen capis Magistri:

Discedis in Magistrum.

Nunc ergò corde grator,

Grator Tibi *Magister*

Anacreonte versu.

Fias, precor, Magister,

Ecclesiæ Minister,

Eccle-

10  
Ecclesiae Minister  
Fias, precor, Magister.

*Gratulationis amicae ergo scrib.*

Johannes Hafius, Auma  
Variscus.

---

**T**E BERTRAM vario cumulârunt munere  
Musæ

Imponunt capiti laurea serena tuo.

O nimium felix quem tollit ad ardua virtus

Ingenii dotes quemque perire vetant,

Te nunc Pieridum compellat Turba **M A G I  
S T R U M**

Exoptans studiis prospera quæque tuis.

*amicitia ergo gratulatur*

Elias Schall.

---

אני אותך אח ביושר הללתי  
ולב את - אלהים כבר התפללתי;  
למען יקרית חרשות אחינו  
בקהל יהוה חפץ ואבינו;  
ערוב בן אלהים אהב כי משוע  
והוא לא קרשים בלנו הפגיע;

Conradus Bertram Numb.

שאל אח מניו נדרים  
אמן אנכי קצרים:  
הדר לח יחפוץ אלהים  
תמיד נעים כל - גבהים:  
כן אתה הדר ותקח  
אצל מלאכים לנצח:

ex Fraterno affectu c.

*Petrus Bertramus*  
Naumb.

FINIS.






SIXTO  
NUMBU

TYPIS W  
AN

die 1  
AN

VO



8.

